

tatae, in quibus praecipue seruantur agonalia, carmentalia, lupercalia. Concepti-
 uae sunt, quae quotannis à magistratibus uel sacerdotibus concipiuntur, in dies, uel
 certos, uel etiã incertos: ut sunt Latinae, Paganalia, Sementinae, Cõpitalia. Im-
 peratiuae sunt, quas cõsules uel p̄tores pro arbitrio potestatis indicunt. Nun-
 dinae sunt paganorum, id est rusticorum, quibus conueniunt negotijs proprijs uel mer-
 cibus prouisuri. Sunt p̄terea feriae propriae familiarum, ut Claudiae familiae, uel
 Aemyliae, seu Iuliae, siue Corneliae: & si quas ferias proprias quaecumque familia ex
 usu domesticae celebritatis obseruat. Sunt singulorum, ut nataliũ, fulgurumque susce-
 ptiones. Item funerum atque expiationum. Apud ueteres quoque quae noiaisset Salutẽ,
 Semoniam, Seiam, Segetiã, Tutilianã ferias obseruabat. Itẽ Flaminica, quoti-
 es tonitrua audisset, feriata erat, donec placasset deos. Affirmabant autẽ sacerdo-
 tes pollui ferias, si indictis cõceptisque opus aliquod fieret. Praeterea regem sa-
 crorum flaminesque non licebat uidere ferijs opus fieri: & ideo per p̄conem denũ-
 tiabant, ne quid tale ageret, & p̄cepti negligens multabatur. Praeter multã uero
 affirmabant eum quod talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum
 dare debere, prudentẽ expiare nõ posse Scæuola p̄tiffex asseuerabat. Sed Vm-
 bro negat eũ pollui, quod opus uel ad deos p̄tinens, sacrorum ue causa fecisset, uel
 aliquid ad urgentem uitae utilitatem respiciens actitasset. Scæuola denique con-
 sultus quod ferijs agi liceret, respondit, quod praetermissum noceret. Quapropter si
 bos in specũ decidisset, eumque paterfamilias adhibitis operis liberasset, non est
 uisus ferias polluisse: nec ille quod trabem tecti fractã fulciendo ab imminente uin-
 dicauit ruina. Vnde & Maro omnium disciplinarum peritus, sciens lauare ouem,
 aut lanam purgandam, aut scabiei curandam gratia, pronuntiauit tunc ouem per feri-
 as licere mersari, si hoc remedij causa fieret: Balantumque gregem fluuio mersare
 salubri. Adijciendo enim salubri, ostendit auertendi morbi gratia tantummodo, nõ
 etiã ob lucrum purgandae lanam causa fieri, cõcessum. Haec de festis & quae inde
 nascuntur, quae etiam nefasti uocantur. Nunc de profestis, & qui ex his procedunt lo-
 quamur, id est fastis, comitialibus, cõperendinis, statis, p̄liaribus. Fasti sunt,
 quibus licet dari p̄tori tria uerba solennia: do, dico, addico. His cõtrarij sunt ne-
 fasti. Comitiales sunt, quibus cum populo agi licet. Et fastis quidem lege agi po-
 test, cum populo non potest, comitialibus utrunque potest. Cõperendini, quibus
 uadimoniũ licet dicere. Stati, quae iudicij causa cum pegrino instituuntur, ut Plau-
 tus in Curculione: Status cõdictus cum hoste, intercessit dies. Hostem nunc mo-
 re uetere significat pegrinum. Praeliales ab iustis non segregauerim: siquidem
 iusti sunt cõtinui triginta dies, quibus exercitui imperato, uexillum rufi coloris
 in arce positum est. Praeliales autem omnes, quibus fas est res repetere, uel hostem la-
 cessere. Nam cum Latia, hoc est Latinae solenne concipiuntur, item diebus Satur-
 naliorum: sed & cum mundus patet, nefas est p̄lium sumere. Quare nec Latinae
 tempore, quod publice quodam induciae inter Romanum populum. Latinosque firmatae
 sunt, inchoari bellum decebat: nec Saturni festo, quod sine ullo tumultu bellico credi-
 tur imperasse: nec patente mundo, quod sacrum Diti patri & Proserpinæ dica-
 tum est, meliusque occlusa Plutonis fauce, eundem ad p̄lium putauerunt. Vnde
 & Varro ita scribit: Mundus cum patet, deorum tristium atque inferum quasi
 ianua patet, propterea nõ modo praelium committi, uerum etiam delectum rei
 milita-

Nundina

Georgico. 1.

Profesti dies.

*Fasti dies. Dava
man gericht
halten Dorff*

*pliales
iusti*